UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Christus vulneratus. Fundamentum meritorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

2. Inſcribuntur in hunc librum illi, quos De[illegible]
uidet obtenturos infallibiliter gloriam, propter[illegible]
mitatem & participationem meritorum vulner[illegible]
ſti. Et quamuis character huius libri ſit delebi[illegible]
1.p.q.24. dùm præſentem iuſtitiam: etenim gratia, quæ[illegible]
quiſita eſt, perdi poteſt; nihilominùs conſider[illegible]
cundùm Dei præſentiam eſt indelebilis: Cogn[illegible]
que, quâ præuidet Deus, quod homo ille ſaluab[illegible]
fallibilis eſt, & non poteſt non adimpleri.

Hexa. c. 4. 3. Præter librum vitæ, iudicio D. Baſilij, alter
Ierem. 17. datur liber mortis pro iis; qui nomina ſua terr[illegible]
munt; *Recedentes à te in terra ſcribentur.* Qu[illegible]
ſi cognoſcere cupis, vtri librorum horum nom[illegible]
illatum ſit, inſpice, vbi cor tuum demoretur; ſi[illegible]
tione & affectu Chriſti vulnera inhabitat, iam [illegible]
men exaratum eſt in libro vitæ; at ſi terram ſ[illegible]
bro mrotis.

Consideratio X.

CHRISTVS VULNE-RATVS.

Fundamentum meritorum.

EXpende valorem Gratiæ. Cunctæ vitæ p[illegible]
ærumnæ, labores omnes abſque Gratia nihil[illegible]
tur, nihil adiumenti afferunt *ad vitam æternam.* [illegible]
1. Cor. 11. *ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram G[illegible]*
Rom. 7. *am, quæ reuelabitur in nobis.* Et adiungit S. Bern[illegible]
Non ſunt condignæ ad præſentem culpam, quæ [illegible]
ad præſentem conſolationem Gratiæ, quæ immittitu[illegible]
futuram Gloriam, quæ promittitur. Ex oppoſito qu[illegible]
2. Cor. 4. que minima gratiæ vnita actio meretur vitam æte[illegible]
Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ æter[illegible]
Gloriæ pondus operatur in nobis.

2. Hanc gratiam nobis per vulnera ſua Chriſtu[illegible]
Apoc. 5. meruit. *Dignus es, Domine, aperire librum,* [illegible]

tuos ſignacula eius, quoniam occiſus es. Vulnera & mors fuerunt, vt dignus eſſes, qui aperires librum gratiæ, & ſolueres vincula, quibus tenebatur: quia vulneratus & occiſus es. Duobus modis à vulneribus Chriſti meritum capiunt opera noſtra. Primùm merendo & applicando nobis gratiam. Secundò, communicando nobis immediatè ſua merita infinita. Quibus ſi noſtra vniantur, non ſolùm merentur de iuſtitia, ſed de omni rigore iuſtitiæ. Et Pater æternus, cùm nobis præmium perſoluit, non ſolùm reſpicit noſtra merita, ſed etiam merita Filii, & hæc vt illis vnita. Amor quoque Dei Patris in nos tendit, non vt filios adoptiuos duntaxat, ſed etiam vt fratres Chriſti Filii ſui naturalis, cum quo, vt membrum cum Capite, idem corpus conficimus. Gratiæ igitur vobis, ô ſanctiſſima vulnera, ſiquidem per vos, vobiſcũ, & in vobis ſunt omnes meæ diuitiæ, omnia mea gratiæ & gloriæ merita. Dicamꝰ inſuper cum Apoſtolo: *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula.* Omnia gratiæ bona ſunt in Chriſto tripliciter. Primò, *ex ipſo* per vulnera, quæ nobis gratiã merentur. Secundò *per ipſum*, per gratiã, quam nobis meruit. Tertiò, *in ipſo*, per eius merita communicata & vnita noſtris. *Ipſi gloria in ſæcula*: in omnibus enim ſoli Chriſto laus gloria & honor debetur. Rom. 11.

3. Procuranda igitur ſunt tibi merita propria. Omnis tamen fiducia locanda eſt in meritis vulnerum Chriſti. *Merita mea, vulnera tua, Domine.* Tua merita mea ſunt, in illis ſpero, in illis confido, in illis ego (ex me aliàs pauperrimus) ditiſſimus ſum. *Quidquid ex me mihi deeſt,* dicebat S. Auguſtinus, *vſurpo mihi ex Viſceribus Domini mei: quoniam miſericordiâ affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant. Copioſa redemptio data eſt nobis in Vulneribus Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, magna multitudo dulcedinis: plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum.* S. Aug. Manual. c. 21.

CN-